

gnante jam tunc poëmatis i claus & nobis 2. *Gellius XVII, 21.*

M. Manlius 3 Romæ, qui Gallos in obſi- 4  
dione Capitolii obrepentes 4 per ardua 5  
depulerat, convictus est consilium de regno  
occupando inisse: damnatusque capitis, e  
ſaxo Tarpejo, ut M. Vattro ait, præceps da-  
tus est 6: ut Corn. autem Nepos ſcriptum re-  
liquit, verberando necatus est 7. *Gellius c. l.*

Alexander Magnus Pellæortus 8, M. Fa- 5  
bio Ambusto, Tito Quinctio Capitolino  
Coff. post Romanam conditam anno trecentea-  
fimo octogesimo quinto 9. *Selinus c. 53.*

P. Terentius 10 Scipionis Africani & C. 6  
Lælii æqualis. *Donatus in vita.*

## COR.

<sup>1</sup> Pro poëmatibus: altera quoque forma in usu est. <sup>2</sup> Imo, si Ciceroni credimus Tusc. I, 1. Poëta ille fuit regnante Romulo. Clemens Alex. I. Strom. Simonidi coævum facit, aitque jam cognitum fuisse post Olympiadem XX. Eusebius in Chron. utriusque meminit ad Olymp. XXXIX. ann. <sup>3</sup> Alii Olymp. XXIII. floruisse ſcribunt. v. Voff. de Poët. Gr. c. 3. <sup>4</sup> Diodorus Aulum, Dionysius Halic. Tistum vocat. Marci praenomen ei Livia tribuit 5, 7. ſqq. & 6, 11. ſqq. conf. de eodem Flor. I, 13. & 26. Aur. Viſt. vir. ill. c. 24. & quæ ibi citavimus. <sup>4</sup> Adſcendentes. <sup>5</sup> Montis Tarpeji. <sup>6</sup> Locus idem in uno homine <sup>5</sup> eximiae gloriæ monumentum <sup>5</sup> pœnae fuit. Liv. 6, 20. <sup>7</sup> Utrumque ſimul fieri potuit, ut verberando necaretur de ſaxo præcipitatus. <sup>8</sup> Pellæum juvenem hinc vocat Juvenal. Sat. 10, 163. <sup>9</sup> Delrios Grafferus & alii fecuti fastos Capitolinos ediderunt nonagesimo nono. Petavius Rat. Temp. P. I. 3, 14. annum urbis 398. assignat. Calvisius 397. <sup>10</sup> Comicus notissimus.